

*Hippocrates Chymicus.* 107  
pibus , simplici lacte , quo-  
rum tamen vrina acido & alca-  
li non caret , & licet in salis for-  
ma concreti , non tamen granu-  
latur , vt sal marinum ; sed in  
cubi forma , neque in igne con-  
stans , verum alcali leui calore de-  
serit acidum , vt experientia de-  
clarat .



*Nunc unde digressus , ad mecha-  
nicam demonstrationem al-  
calium redeo .*

## C A P V T X V I .

**O** Stendi ex sudore alcali eli-  
ciendi modum , sic & ex  
vrina , ex sanguine , ex carnibus  
omnium animalium ; dixi etiam  
quod alcali , non solum in sto-  
macho , cum acido in salsum vo-  
latile mutatur , sed etiam in om-  
nibus ventriculis , quorum nu-  
merum multiplicem indicat Hip-  
pocr. <sup>a</sup> & quando istud salsum ,

<sup>a</sup> Lib. de ar-  
te.

108 *Ottonis Tachenij*

*b. Hip. de  
dieta.*

pensum suum perfecit , tunc si-  
mul cum dissidente b aut pu-  
gnante , id est , cum excremen-  
to vnctuoso transpirat , & in ele-  
menta abripitur , sicut contin-  
git omnibus sublunari bus , quod  
& in fixo sale tartari & oleo  
ostendi , & post hac etiam lucu-  
lentiūs , nec non de sapone ar-  
tificiali , quæ post eius perfectio-  
nem in aquam & terram , post-  
quam usui inserviuit , redibit ;  
quæ tamen transpiratio , & in or-  
cum revocatio exemplis mani-  
festiūs apparebit .

*Vitriolum  
separat al-  
cali ab aci-  
do.*

Bibat vel leuiter gustet quis-  
quam , tantillūm vitrioli martis ,  
illicē nigrescit eius lingua , quæ  
vestita videtur instar holoserici ,  
cuius poti semper turgent , ex-  
halationibus occulte salis , quæ  
vel cum saliuia miscentur , vel in  
auras rapiuntur . Quam primum  
itaque vitrioli martis aciditas ,  
occultum alcali in saliuia perci-  
pit , istu celeriūs colcotar sepa-  
rat , quod linguæ adhæret , eam-  
que nigricantem reddit .

*Ne*

Ne autem credas me h̄ic fabulas narrare , en accedo rur̄is ad ocularem demonstratio-  
nem.

Dissolute vitriolum martis ,  
in aqua limpida , in claram so-  
lutionem guttatum stilla Alcali  
fixum tartati , id est , liquorem  
tartari , tunc colcotar cadit ob-  
scure vitidescens.

Chelidoniæ.	Flavi coloris.
Lauendulæ.	præci- Viridis.
Absinthij.	pitat Citrinantis.
Rorismarini.	vitrio- Obscurioris.
Vrinæ volari- li.	lum Obscurius sale
Sudoris.	martis tartari.
Sanguinis.	solutū Virid-obcuri.
Viperini.	Clarioris.
	Obscurioris.

Sal stipitum fabarum , in fla-  
vedine in illud conturbat , post  
vnius horæ quietem , ochram ex  
imo eleuat.

Sal commune , ut perfectis;

110     *Ottonis Tachenij*

simus salium , miscetur cum vi-  
triolo , sic & Mercurius subli-  
matus , est enim sal artificialis ;  
ut & acida quæque vitriolum  
non præcipitant.

Sola itaque alcalia vitriolum  
in nigrum tendens , præcipitant  
in fundum ; fixa tamen non re-  
periuntur in animali viuenti ,  
erunt itaque volatilia ; hæcque  
indesinenter cum acido ligata  
postquam vsui inseruerunt , e-  
nobis exhalant , atque transpi-  
rant cum acido sub falso sapore  
occulto , quod clarius apparebit :

*Quamdiu viuitur, hominis to-  
tum corpus est expirable & con-  
spirabile , idque primus notauit  
Hippocrates , & quicquid expi-  
rat , est occultè falsum , illud au-  
tem non solum ad externum cor-  
poris habitum evaporat , sed ma-  
ior pars ad intestina prolabitur ,  
quod sic probatur.*

Bibito vittiolum martis solu-  
tum in aqua , & videbis alui  
excrementa , tincta vel nigra ,  
vel viridia , eodem modo ab in-

*Hippocrates Chymicus.* III

terno alcali præcipitata , vt in tabella iam mechanicè ostendi : sed in externo corporis habitu , vitriolum solutum non præcipitatur ab effluvijs salsis ; ad intestina itaque erit maior conflu- xus.

Sic neque vrina tingitur nigra , colcotar enim præcipitatur priusquam liquor ad mesaraïca rapiatur , ita vt necessariò in intestinis permanere debeat .

Si itaque ad intestina confluat excrementorum maxima pars , à natura in exilium proscripta , illud quandoque per errorem à coagulationum vinculis , in locis indebitis detinetur , vel vt cum Fernelio loquar , in prima corporis regione : necesse est omnino , vt medicamento soluente , ad exitum promoueatur : quare non mihi videtur omne solutiuum medicamentum in morbis reprobandum , vel abdicandum , vt quidam existimauunt ; neque ad conualecentiam , vt credit & practicat medico-

*Furgantia  
ad conuale-  
scientiam  
non satis es-  
se doceat.  
Hipp.*

III2     *Ottonis Tachenij*  
sum maior pars ; solutiūj satis  
sunt : vt docet Hippocrates libro  
de arte.

Sed quætitur , quare fontes  
aciduli ferrum ferentes non ni-  
griantem linguam reddunt, si-  
cut alii excrementa ? id con-  
tingit ex eo quod spiritus acidus  
naturalis rodens venam ferri im-  
maturi , aquâ mixtus non satu-  
ratur , sed præualet in compo-  
sito: potatur autem fons in ipsa  
*rosionis actione* , tunc non da-  
tur spaciūm præcipitationis in  
lingua; sed quām primūm grata  
aciditas in stomachum arripitur,  
tunc cadit colcotar , vel præci-  
pitatur ab alcali , quod ad fer-  
rum solutum confluit , vnius  
facultatis defectu , & alterius ex-  
cessu , & quicquid mucilaginis  
in illa coagulatione apprehende-  
runt , sicut in calculi concre-  
tione , vt & in calce dissoluta ,  
rudi exemplo , Hippocr. autori-  
tate suprà ostendi : istud coagu-  
lum à medicis opnilio appella-

*Oppilatio  
quid,*

*Hippocrates Chymicus.* II3

tur ; excedat nunc in isto vel acidum vel alcali, modo stomachus non repugnet , qui omnibus actionibus præest, ut docet Hippocr. *a* aut acidulæ locum attingunt ( quæ diaphragma non transcendunt, quod notandum ) illud sine dubio destruunt.

*a lib. de hu  
moribus.*

Dixi quod acidulæ sint potandæ , in ipsa rationis actione , id est, hauriendæ sunt aquæ , ab ipso viuisco fonte , nam si paululum defluxerint , tunc actio cessat , spiritus acidus à ferro immaturo absumptus fatiscit , & cum soluto præcipitatur in ochram , quæ non nigrum ( cum alcali enim non est præcipitatum) sed flauescens fundum exhibet , sicut omni vitriolo ferrum ferenti contingit.

Medicus canoniceæ sectæ litigandi instrumentis ab Aristotele diues , Nobili huius urbis Patrio , paucis abhinc annis Hypochondriaco , apportari curabat fontem ferri venam , ex agro Tridentino , qui spiritum roden-

*Vene  
tarum.*

tem expirare timens, iussit fontem impleri vitreis lagenis longo collo, ac oleum superaddi, atque cerâ osculum obserare, & desuper vesicâ ligari; gaudens, quod subtili argumentatione, fontis spiritum incarcerare didicerat, quem ut spiritum vini considerabat. His tamen hominibus, Deo sic permittente, confidimus vitam, fortunam, uxorem, liberos & familiam; licet medicinæ instrumenta ignorent!

Hinc audax, at ingeniosus Van-Helmont, exclamare non metuit a. Rarum esse medicum in Europa! ) Hic namque, si in Hippocratica verâ scholâ fuisset versatus, & naturæ librum euoluisset, non se tam turpiter dedisset: ut *Medecina omnium artium nobilissima*, b iam iam estimaretur vilissima: cognouisset, inquam, acidum non expirare, sed ab actione in ferrum tandem deficere; tunc enim non exhalat, sed in forma fecis, ambo fundum petunt, quam ochram.

a. *Tract. tar-  
tari delira-  
menta.*

b. *Hip. de le-  
ge.*

*Hippocrates Chymicus.* 119

appellant. Non satis quoque mirari possum ostentatorum querundam garrulorum nugas, qui fontem distillare, & ex fundo hatioliari eadem stupiditate promittunt. Sic diuites dimittuntur inanes.

Spadana est multò acidior, & licet roserit venam ferri, illi superest tamen quædam aciditas, propterea conduci se aliorsum permittit.

Huius fontis fama per celebris, ante decennium circiter, Nobilem Vicentinum mouebat, ut curiosè fontis natutam, propriæ sanitatis causâ perquireret; cui breuiter proprietates eius, & quibusnam morbis conduceret, descripsi. Tunc temporis cum Serenissimo Georgio Guilielmo, Duce Brunsuico-Luneburgensi, dehinc iter in Germaniam inferiorem institui. Nobilis verò domum reuersus, fortè retulit ciuitatis medico, ea quæ de fonte dixeram. Hic longam exarabat epistolam in forma consilij,

K. iiiij

116 *Ottonis Tachenij*  
ad Clarissimum ac Præstantissi-  
mum virum dominum Theodo-  
rum Konerdingium, doctissi-  
mum Ducis Archiatrum, quam  
tamen apertam dixerit ad manus  
ipsius Ducis, ac huius in mar-  
gine positum ita videbatur no-  
men meum, ut intuenti statim  
se offerret: quam legens Dux,  
indignatus huius iniquæ cretæ  
me euocauit (laudatque Galenus  
*cymoliam*) Nostin' inquit, hu-  
iusec<sup>t</sup> scriptorem? Quod cum ne-  
gauissem, bonum inquit omen,  
quod à vulgo contemneris, &  
conuitijs laceraris: Legito inquit,  
ac portige Domino Konerdin-  
gio, vt & illi scriptor innote-  
scat. Incomparabilis Princeps,  
calumniatori aures non præbuit,  
sed quasi nunquam legisset, se-  
gescit. Totum autem folium, nil  
nisi conuitia & calumnias con-  
tinebat, meque accusabat, quod  
nouam Philosophiam introduce-  
rem; quæ tamen omnia cum nil  
aliud nisi malignum animum, &  
stupidam ignorantiam manife-

*Parum fir-  
mamenti &  
virium ha-  
ber falsicas.*

*Semper  
præclari &  
sapientis  
hominis ef-  
fe iudicaui,  
imperito-  
rum calum-  
nias magno  
animo par-  
tifacere.*

stant, redierunt ad ortum. Sed  
ad rem.

Quemadmodum vitriolum &  
aqua omnes, quæ ferrum solu-  
tum continent, præcipitantur in  
nigrum fundum; sic & ipse spi-  
ritus vitrioli acidus, metalli li-  
quamen retinet, ut ut rectifica-  
tus. Cui si affunditur alcali pu-  
rissimum præcipitatur, non qui-  
dem in nigrum; sed in igne con-  
stans colcotar: ea propter qui hoc  
spiritu pro dentibus dealbandis  
vtuntur, valde decipiuntur: ro-  
borat quidem gingivias, sed den-  
tes inficit tenacissimâ flauedine,  
sicut vitriolum ipsum hos nigti-  
cantes reddit; inde sinenter enim  
ac necessariò aliquid è nobis ex-  
halat madoris specie, alcali re-  
pletum; quod etiam circa den-  
tium alveolos colcotat ex spiritu  
dicto præcipitat, quod dentibus  
adhæret, & flauos reddit.

*Spiritus vi-  
trioli den-  
tes tingit  
flauos.*

